

Sacra Veterum Temporum Uti Et Evangelica, Ac Apostolica Historia

Steinhart, Franz Ingolstadii, 1734

VD18 90104692

Jonathas, Dux & Pontifex.

<u>urn:nbn:de:hbz:466:1-62332</u>

& siappropiavit tempus nostrum, moriamur in virtute propter fratres nostros, & non inferamus crimen gloria nostra. His dictis movit in hostem; equites divisi erant in duas partes, fundibularii & fagittari præibant exercitum, & commissium est prælium'à mane usque ad vesperam. Demum contritum est dextrum cornu Bacchidis, & persecutus est eos Judas usque ad montem Az ti; quod cum vidiffent hostes, qui in sinistro cornu erant, persecutisunt ipsi Judam & eos, qui cum ipso erant, à tergo, & ingravatumest pralium; & ceciderunt utrinque vulnerati multi; ac demum fortissime pugnans ipse etiam Judas cecidit, & cæteri fugerunt. Ionathas verd & Simon tulerunt ludam fratrem suum & sepelierunt eum in sepulchro Patrum suorumin civitate Modin. & sleverunt eum omnis populus planttumagno & lugebant dies multos; illud identidem repetentes: quomodo cecidit potens, qui salvum faciebat populum Israël? vere potens magnusque Princeps, si vel ista solum, que sacræ litera annotarunt, gestisset; nam catera verbabellorum, & virtutum, quas fecit, & magnitudinis Ejus non siant descripta; multa enim erant valde. 1 Mach. c.9. v. 22.

Post obitum Iudæ undique, emerseruut iniqui apostatæ, qui antea metu illius latuerunt. Cumque tune etiam effet fames ma- Jonathas Fragnavalde, omnis Regio Iudææ & loca munita sese Bacchidi de. ter Judæ codiderunt, nihil ut jam tutum fratribus & amicis Iudæ remane- gitur cum ret; cogereturque Ionathas, cum prins à reliquiis Bonorum paucis se rogatus Principatum conjunctumque illi Pontificatum succe- nem recipe-

pillet, sese cum suis trans Iordanem recipere,

Jonathas, Dux & Pontifex.

BAcchides audito lonathan furrexisse loco Judæ fratris sui, & Ab An, 3841. considere ad ripam lordanis, illuc cum exe citu venit die Sabbathi ad opprimendos ludæos. Ionathas cernens fe cir. Jonarhas cumventum nec esse suga locum; breviter suos hortatus, ut cla configir cum marent in Coelum, in hostem ruit, exsisque jum mille viris in sransit cum iplum Bacchidem fibi occurrentem ferrum strinxit. At cum iste suis Jordaidum effugisset, & agmina hostilia undique irruerent, cum sociis nem. inssittin Iordanem & transnatarunt in ulteriorem ripam. Bac 11. 6.9. 2v. chides verò reversus Ierosolymam, nec ausus Ionathan amplius 43. Sacra Veterum Temp. Histor.

re. 1. 1. c. 9. à v. 23.

inta

lam bra.

Jan-

pu-

mi-

oris,

Ate-

udas

etu.

abat

erùm

Sy.

exa-

Ro-

ciam

m &

tiam

Qui

Ma-

sad

enos

rac-

ent;

1 14-

run

abi-

dem

lem.

bie-

um.

am; que

nili

Ve-

eis:

0

bello lacessere, solum loca ludææ ad resistendum idonea com munivit additis cum commeatu præsidiariis, qui subinde excursionibus vexarent Iudæos. Alcimus interea sua opinione Summus Sacerdos Pseudo Pontificem Ierosolyma in Templo agebat. At cum hoc tempore res novas moliretur ac copiffet de-Aruere murum in atrio domûs sanct e, percussus est divinitus,nec ultra potuit loqui verbum, & mortaus est cum tormento Cujus morte territus Bacchides recurrit Antiochiam ad Regem, fortalsis nempe, ut eum de alio Pontifice constituendo consuleret. Quo absente toto biennio pax & quies à bello in ludæa suit; lonatha cum sociis trans lordanem agentibus.

Baechide. 1. 1. c. 9. à v. 58.

fcunt.

At pacem rurfus turbarunt impii desertores ac Machabao. Jonathas pa- rum æmuli, qui eos omnino deletos effe cupiebant. Hortanceminit cum turigitur Bacchidem ut rediret in ludæam, nunc lonathan ejusque locios in silencio habitare confidenter, ac facile comprehendi posse eos onnes una nocte. Ille se venturum per occultas epistolas respondit; curarent ipsiinterim, ne elaberetur. Atte dececta Ionathas apprehendir potius malitia Authores & Principes, quorum erant quinquaginta, & occidit eos. Secessique cum fociis in desertum serichuntinum, ac se recepit in oppidum Bethbessem, quod communivit armis, viris & commeatu. Interim adest Bacchides cum exercitumulto, intelligéasque infidias fuisse irritas viagendum ratus oppidum obsedit dies mul-At ubi lonathas relicto ad detos adhibitis etiam machinis. fensionem oppidi Simone egressus eollecta per viciniam militum manu in castra irruit, simulque Simon eruptione facta incentis que machinis hostem repellit, contritus est ab eis. qua clade Bacchides valde afflictus iras omnes vertit in hujus expeditionis Authores, & multos ex eis occidit. Oblatam deinde à Ionatha pacem libenter accepit, redditisque captivis juravit lonatha, le nihil ei mali ampliùs facturum omnibus diebus vica suz, reditque Antiochiam ad Regem. Ionathas verò degens in oppido Machmas, quod erat in confinio Tribuum Benjamin & Ephraim coepit Rempublicam administrare, & in Religionis patrix delertores severè animadvertere, cosque exterminare.

Quatuor annis cessaverat gladius ex Israel; cum reslu-Res Judzo- dæorum inexspectato etiam sine armis coepère restorescere. Anrum reflore tiochus quartus præter filium Antiochum, qui post ipsum regna-

vit, reliquerat alterum adhue filium Alexandrum. Ifte post obi- 1. Mach.e.fo. tum Patris cædémque fratris hactenus Romæ moratus confilio atque opera amicorum potestatem à Senatu obtinuerat Regnum Syriæ dejecto Demetrio occupandi. conducto igitur milite veniens in Syriam Ptolemaidem facile occupavit proditione militum, qui eam tenebant præsidio. Demetrius, ut amulum citò opprimerer, copiosum congregavit exercitum, ac in belli societatem Jonathan invitavit, data ad eundem epistola, qua potestatem dedit colligendi exercitum armisque instruendi, veritusque,ne Judzi memores injuriarum turbatis nunc rebus Alexandri partes adjuvarent, eis obsides reddi jussit, quos hactenus detinuerat in arce Sionis. Jonathas favore Demetrii utendum ratus Machmis concessit Jerosolymam, & cœpit ædificare & innovare civitatem pridem ab Antiocho & Apollonio vastatam : murum quoque contra præsidiarios arcis à Juda erectum, sed deinde ab Antiocho quinto destructum, reparavit, ac lapidibus quadratis communivit. Qui in aliis præsidiis ante annos aliquot àBacchide collocati fuerant, tum alienigenæ, tum apostatæ audiro Jonathæ Jerofolymam adventu omnes fugerunt, exceptis iis, qui Betfuram tenebant.

Non minus sollicité amicitiam Jonathæ Alexander quoque qualivit missa ei purpuraj& corona aurea una cum literis plenis Jonathas humanitate; quibus eum fratrem, & amicum vocavit, summum-que Sacerdorem constituit, qui quidem jam antea erat. Deme-ret Alexantrius hæc audiens contristatus est valde, promissisque longema- dro. joribus Judæos fluduit ab Alexandro avertere, sibique demereri. 1. 1. c. 10. 2 Verum Jonathas & populus recordati malitia magna, quam De- v. 15. metrius fecerat in Israel, adhæserunt partibus Alexandri, commissoque prælio Demetrius victus cæsúsque coronam Syriæ Ale- Alexander 1 xandro reliquit, sed à filis suis Demetrio & Antiocho, quos syriz Rex, providus l'ater ante pugnam procul in tutum locum cum magno auri pondere amandarat, post aliquot annos repeten-

Alexander ut partum sibi Regnum affinitate firmaret, Ptolemzi Regis Ægypti filiam Cleopatram in uxorem petiit Syriæ Jonathas maac Seleucidarum exitio fatalem postea foeminam. Nuptiæ ce- bus ab Alelebratæ sunt Prolemaide præsente Rege Ægypti in magna glo. xandro afficina conviviorum seilicet, ludorum, certaminum, spectaculorum sur.

om

cur-

um-

agede-

nec

ujus

rtal-

eret.

; Io-

020.

tan-

ejus-

hen-

ultas

Atre

orin-

eque

dum

inlimuld de-

irum

nlis.

Bac-

onis

atha e, le

diit-

pido raim

efer-

es lu-

An-

gna-VII

Jonathas, Dux, & Pontifex. 258

L 1. c. 10. \$ 4, 60.

& conventu virorum Principum, in quibus Jonathas ab Alexan. dro invitatus ac perhonorifice habitus est & reversus est Jona. thas in Ferusalem cum pace & letitia, ac uti præteritô anno co. pit publice stolam sanctam seu Pontificium cultum in die solenni Scenopegia induere; ita rebus nune quietis Summi Sacerdotis solenniore quovis festo explevit officium.

In Agypte refelymz contra Samaritanos leginitur. Jof. 1. 13. ant. c. 6.

Alexandriæ in Ægypto jam diu inter Judæos & Samarita. nes Ægyptios controversia agitabatur, ex qua hoc tempore se Templum Je- rè seditio exorta est. Judai contendebant, juxta Moss praseripta Jerosolymitanum Templum esse legitimum, Samaritæ verb Garizitanum, cujus Religio sub Alexandro Magno suerat indutimum effe à cha. denique provocatum est ad Regem ejusque consilium a Regedecer-, lege, ut cujus partis Causidici succumberent, morte mulctarentur. Itaque Rex multis amicis in consilium adhibitis consedit causam auditurus. - Sabbæus cum Theodosio S maritarum causam defendebat: pro Iudæis Andronicus stabat. qui prior dice re orsus probavit primum ex Lege Moss sacrificia & celebrita tes præcipuas ter in anno fieri oportere in loco, quem elegisse Dominus, deinde locum illum Ierosolymis suisse electum; ibque justu Domini Templum à Salomone constructum, ingentibus postea prodigiis sanctificatum, ac à Regibus ipsis honoratum. postremò Sacerdorium per continuas Pontificum successiones ad hæc usque tempora propagatum. horum verð nullum vel Garizitano vel Heliopolitano convenire, quæ nuper admodumper seditionem extructa esse constaret. Partibus auditis Ptolemaus decrevit, Ierosolymitanum esse ex sententia Mosis conditum, Sabbæum verò & Theodosium affici jussit supplicio.

ficientem ab Alexandro Apollonium vincit. 10, 2 V. 69.

Quintum annum regnabat Alexander in Syria, cum Deme-Jonathas do- trius natu major occisi Demetrii filius ex insula Creta, ubihade nus latitârat, cum auxiliis Cretensium trajecit in Ciliciam, Regnnm suum hæreditarium recuperaturus & Patris cædem ulturus. Antiochenses primi se novo Regi dediderunt; paterni Mach. 1. r.c. quoque milites passim signa ad Demetrium favore adolescentis accensi transtulerunt. Ionathas verò in fide Alexandri persitit. Ægrè id ferens Apollonius Cælesyriæ Præfectus, qui & ipsead Demetrium defecerat, atque cum exercitu apud urbem Iamniam stabat, eum cum magna jactantia è suis, ut ajebat, montibus in apertum campum provocat; quibus commotus Ionathas elegit decem millia virorum affumptoque secum Simone Fratre ad urbem loppen exercitum admovit. Præsidium Apollonii paratum quidem erat urbem defendere; at cives oblidione territi apertis portis deditionem fecerunt. Amissa Ioppe Apollonius versus Azotum progressus expectavit insequentem Jonathan equitatu, in quo multum confidebat, per infidias ita disposito, ut ludzi à fronte & à tergo ezedi possent. at elusis insidiis pedites Apollonii contriti fugatique funt; equites verò sparsi per campum fugerunt usque in urbem Azotum, quos persecutus Ionathas & urben & templum Dagon, in quod plerique confugerant, succendit; perieruntque tum gladio, tum incendio ad octo virorum millia. Inde Ascalonem movit, cujus autem cives venienti obviam exierunt magna gloria atque honore eum excipientes; sicque Ionathas victor in Ierusalem cum exercitu præda & spoliis onusto reversus est. Alexander verò Rex his auditis mirè lætus perrexit honorare Ionatham, & misit ei fibulam auream, infigne scilicet ornamentum militare nonnisi cognatis Regum concedi solitum. præterea donavit ipsi urbem Accaron, & omnes fines ejus in possessionem.

Inter hæc Rex Ægypti Ptolemæus Syriam cum validissimis copiis ingreditur specie quidem ferendi Genero suo Alexandro Jonathas Jecontra Demetrium auxilii, revera autem ut Syriam adderet Re- rosolyma in gno suo venienti, ita Alexandre jubente, urbium portæ omnes tuto spectat. patuêre, at is, cùm in aliquam civitatem introiret, imponebatei Regum Syrize præsidium militare. Azotum prætereunti occurrit Ionathas magnisico cum apparatu, Regemque aliquousque comitatus honoris causa, reversus est Ierosolymam expectaturus in tuto, quem res exitum esset habitura. at brevi patuêre Ptolemæi confilia. cum enim Seleuciam maritimam urbem venisset, vocato ad se Demetrio Cleopatram filiam, Alexandro tanquam Regno vitæque suz insidianti ereptam, uxorem dedit, volens eo uti tanquam vasallo potius, quam ut ipse Demetrius regnaret in Regno Patris sui. nam cum postea Antiochiam intrasset, ambitiosus Rex imposuit duo diademata capiti suo Agypti & Asiæ. Alexander, qui tum erat in Cilicia ad compescendos rebelles, accepto nuntio de inaudità Soceri perfidià cum suis copiis contra inexpectatum hostem movit. at primo congressu sulus sugatusque in Arabiam se recepit, ut ibi protegeretur à gentis illius Principe. ve-

KK 3

exan-

Fona.

o coe-

lenni

rdotis

arita-

re fe-

æferi.

e vero

indu-

m ea

tarennfedit

n caudice-

brita-

gisset; ibl-

genti-

atum.

iones

el Ga-

mper mæus itum,

eme-

nacte.

n, Re-

ultu-

terni

entis

stitit. plead

amni-

tibus sele

git

Demetrius II. Ab An. 3857. Prolemaus VII.

Ionathas à Demetrio honoribus & donis auge-FUI. 1. 1. C. II. àv. 20.

rum miser in immanem proditorem incidit. nam Arabs abstulit caput Alexandri & misit Ptolemao, qui autem ipse etiam in die tertia mortuus est ex vulneribus, quæ in pugna acceperat, atque ita Regnum Syriæ universum cessic Demetrio hoc nomine secun-Ptolemzo verò sexto successit Ptolemzus septimus.

Horumin Syria tumultuum occasione Regumque Asia & Ægypti mutatione usus Jonathas areem Sionis tot jam annut Syriaco præsidio detentam obsedir. Qua re a perfidis Judais compertà Demetrius venit Prolemaidem, fer psitque Jonatha, it oblideret arcem, sed ad se venire festinarer collaturus secum su per hoc & pluribus aliis negotiis. Itaque profectus ad Regem honorifice tillimè exceptus & amplissimis dignitatibus auctus est. Obtiquit quoque, ut tota Judwa & annexa Prafectura, item Samaria & ejus confines civitates immunes effent ab omniexterno præsidio, ab omni tributo, ab omni onere. Remisir prætera Rex Judais areas salinarum sive stagna salis, in qua transfula maris aqua calore Solis in fal concrescerer. quod ad arcem Sionis attineret, promisit, se tutos ab injuriis præsidiariorum ludzos redditurum.

ritur. l. 1. c. 11. à Và 38.

Rebûs sic cum Ionatha compositis Demetrius, cum nullum Ionathas De- amplius haberet Regni amulum retento folum peregrino milit, metrium in- quem ex Creta aliisque Insulis adduxerat, totum reliquum extrgratum expe- citum ex legionibus Syriacis & Afianis constantem dimittit; qua re veterani milites offensi passim murmurabant: Antiochenies verò seditiosus furorita concitavit, ut in forum civitatis centum & viginti millia convenirent, vellentque interficere Regem; quod & factum effet, nisi à Ionatha submissa tria virorum fortum millia in tempore auxilio venissent. hi enim concisis maxima strage centum hominum millibus, succensaque civitate liberarunt Regem; & gloria spolissque intignes regressi sunt in lerusalem. In illo rerum articulo Rex Ionathæ ejúsquegenti ma xima promissa fecerat, si auxilia mitteret. at nunc sopita seditione nihil præflitit ingratus; imo imprudens abalienavit a se 30 natha & vexabat eum valde. Interim Tryphon interprimos antea Alexandri Duces unus filium Antiochum adducit ex Arabia, ubi post occisum Patrem hactenus servabatur. vix Syriam ingressus est, dimissi nuper à Demetrio milites omnes turmatim ad ejus signa convolârunt, faciléque cum sua paucitate victus Demetrius fugit in Ciliciam.

Antiochus verò puer adolescens imposuit sibi diadema, & Ionathas Tryphon Pupilli Tutor coepit Regnum administrare. Inter pri- contra Demas Regni curas suit ad onatham literas dare, esque non solum heret Antio-Sacerdotium Principatumque confirmare, sed & eum & Simo-cho Tryphonem infignibus muneribus atque honoribus decorare. Quare nis Ducis pu-Ionathas pro Antiocho victoriam profecutus trans Iordanem pillo. adjutus Syriacis Legionibus omnia Damascum usque eripuit De. 1.1. c. 11. metrio & adolescenti Regi Antiocho subjecit. At interim qui 2 v. 14. dam Duces Demetrio adhue adhærentes invaserunt cum exercitumulto urbem Cades, in Galilæa sitam; quo audito Simonemintra Iudæam reliquit, ipse verò occurrit illis ad lacum Genezareth, ubi instructa acie dum Iudzi ab insidiis à tergo positis non satis cavent, circumventi aguntur in sugam paucis apud figna militaria remanentibus, ita ut Ionathas luper luorum timiditate scinderet vestimenta sua. at ubi posuit terram in capite luo & oravit, cum paucis illis instauravit prælium, hostesque convertit in fugam; interfectisque tribus corum millibus reversusest in lerusalem. Simon verò interea Betsuram post multorum dierum obsidionem deditione accepit, esque præsidium Iudaorum impoluit.

Jonathas nunc opportunum tempus effe cernens renovandi cum Romanis fœdus jam à Juda fratre suo initum, misit duos Ionathas re-Legatos Numenium & Jasonem Romam, monitos, ut in reditu gum Romaetiam Lacedæmonios salutarent, eósque cognationis ac pristini nis. fæderis admonerent. Hi ubi Romam venerunt, Curiam in- 1. Mack. 12. trantes dixerunt: Fonathas summus Sacerdos, & gens Judaotummiserunt nos, ut renovaremus amicitiam & societatem secundum pristinum. cumque omnia impetrassent, quæ volebant, redière cum literis commendaticiis ad Præsectos locorum, per quetransituri erant, ut sie deducerentur in terram luda cum pace. In Peloponesum, dum redirent, appulsi, Spartanis obtulerunt literas Jonathæ, quibûs renovabat memoriam fæderis jam pridem tempore Oniæ Pontificis initi; simul cos certos faciebat, le luosque pro ipsis preces & sacrificia offerre DEO. Demumaddidit commemorationem masorum & cladium, quibûs Judzi diumultumque fuissent exerciti, nunc autem coelesti auxilio liberati inciperent respirare.

Interea

fulit

in die

atque

ecun-

liz &

anis a

udæis

æ, ne

m fu-

egem uctus

, item

exter-

eterea

a ma-

10005

1dæ0s

allum

ilite,

exer-

; qua

enles

ntum

gem; orti-

XIma

herá-

Ieru-

i ma-

litio-

imos

Ara-

riam

atim

ictus

An-

Tonathas. persequitur Demetrianos, & Przfideditionem compellere tentat. l. 1. C. 12. à v. 24.

Interea autem Duces Demetrii longe majore, quam antea, numero redeunt; quo comperto Ionathas celeriter occurit eis, priusqu'am Judæam ingrederentur. cumque per exploratores diarios arcis didicisset, consilium hostium esse castra sua noctu invadere, sus sion fame ad fit suos tota nocte in armis stare; quod illi animadvertentes nihil tentare ausi sunt, sed excitatis crebris per castra sua ignibus, ut crederentur adesse vigiles & expediti, clam sugam capesse. runt. Insecutus est quidem eos lonathas mane, quo primum fraudem agnovit: at frustra. nam illi jam transserant flumen. ne tamen expeditio omnino infructuosa esset, vicinos Arabes Zabadæos, rapto vivere assueros percussit, & acceptis spoliis venit Damascum, & perambulabat omnem Regionem illaminquirens & persequens Demetrianos. Simon verò cerrior factus, Joppenses favere partibus Demetrii, numerosius interea urbiprali dium imposuit. Reversus Jerosolymam Ionathas adhibito se niorum populi consilio statuit reparare muros Jerusalem praser tim ex parce respiciente torrentem Cedron, ubi omnino corruerant, cumque videret arcem Sionis, à Gentilibus semper adhuc insessam, difficulter vi expugnari posse, copit altissimo muro eam secludere à civitate, ut Præsidiarii, neque emere quidquam à civibus neque vendere possent ; itaque demum same domiti succumberent, sicut & factum eft.

Hoc quoque tempore Judzi miserunt epistolam ad Judzos, qui habitabant in Ægypto, qua significabant, quanta post dese ctionem Jasonis passi essent usque ad tempus, quo sudas Machabæus rursum emundavit & dedicavit Templum in mense Casleu; ad quam proin anniversariam celebritatem frequentandam

hac epistola Ægyptios Judæos invitabant.

Tryphon interea Tutoris dignitate non contentus ambiebat sublatô Antiochô pupillô diadema assumere ac ipseregnare, unicum timebat Ionathan, ne pro Antiocho contra se arma lu meret. quærebat ergo comprehendere eum & occidere, venitque cum copiis in Bethsan alias Scythopolin Syriæ oppidum non procul Tiberiade. Jonathas nil mali veritus illuc Tryphoniob viam venit; sed quod secum duceret quadraginta millia præstantissimornm milicum, non ausus est extendere in illum manus; sed diffimulată perfidia excepit Ionathan cum honore, simul amice ad speciem, ei exprobrans, quod ad se, veluti hostem,

Judzi Jerofolymitani scribunt ad Judzos Ægyptios. 2. Mach. c. 1.

Tonathas à Tryphone

dole com. prehenditur. a I. C. 12. à V. 39.

cum exercitu venisset; adesse se potius ut ipsum mitteret in possessionem Ptolemaidis aliarumque trium urbium, quas ipsi Antiochus prima ad ipsum data epistola promisisset, e-11.v.57.; veniret igitur cum paucioribus secum in Ptolemaidem. Credidir Jonathas versipelli, & dimisso in terram Juda exercitu duo millia misit in Galilæam retentis circa se solum mille viris, cum quibus Tryphonem secutus Ptolemaidem profectus est. ur primum urbem cum suis intravit Jonathas clausis portis ipse comprenenius, milites autem ipfius ad unum omnes concisi sunt. tam trifti nuntio jerosolymam perlato, omnes planxerunt fonathan, & eos qui cum ipso fuerant valde: & luxis Israel lu-

Tryphon autem consternatione Judzorum utendum ratus congregavit exercitum copiosum, ut veniret in terram Juda & bus filis ocattereret eam. Interim autem & Simon magno consensu po ciditur. puli loco Fratris in Ducem electus cœpit boni Principis munere e. 13. fungi, militem colligere, murorum instaurationem absolvere, & Joppen periclicantem novo firmare præsidio. cumque accepisset, Tryphonem movisse Ptolemaide, ut veniret in terram Juda, ipse quoque castra sua metatus est juxta campum latissimum prope urbem Addus, quam antea iple muniverat c.12 v. 38. Tryphon, qui secum habebat Jonathan in vinculis, videns Simonem ad pralium esse paratum, congredi non ausus, dolum rursus excogitat, quo & impetum Simonis elusit, & capti Jonathæ filios ambos obtinuit & insuper grandem pecuniæ summam Judæis extorlit, mittit ergo Legatos, fingitque, Jonathan non hostili animo à le captum, sed solum ob centum talenta argenti, quæ regiis rationibus deberet, detineri: mox liberum dimissum iri, ubi acceperit argentum simulque duos ejus filios obsides, ne dimissus vincula sua alias ulciseatur. benè agnovit fraudem Simon: ne tamen populo ansam daret queritandi, quasi ex avaritia neglevislet Fratri succurrere, ut ipse rerum potiretur; & quia amor in Fratrem omnia, ut servaretur, tentare suadebat, neque certus omnino erat, Tryphonem consilia tam perfida & crudelia capturum, misst petitam pecuniam & pueros, nec tamen dimisst Jonathan, sed quærebat motis sæpiùs castris irrumpere in terram Juda, ut contereret eam. at non poterat, Simone ubique ejus velligia premente, & castris castra opponente. Demum despe-

SANS

rato

Sacra Veterum Temp. Histor.

2 an-

urrit

cores

, jus.

bûs,

cesse.

mum

. ne

s Za-

venit irens

Jop-

o Se.

æfer.

cor-

r ad-

mu-

quid-

e do-

æos,

defe-

Ma-

Cas.

dam

bie.

lare,

lu

eque

поп

iob.

præ-

nus;

mul

em,

cum

254

rato ingressu occidit Jonathan & silies ejus, & conversus abit in terram suam. ubi tyrannus non diu post Antiocho quoque adolescente, dum cum eo iter facit, per fraudem interfecto Regnum invasit. Simon verò ossa Jonathæ & filiorum ejus condidit in civitate Modin extructo ibi magnifico sepulchro, & planxerunt eum omnis Israël planetu magno.

Simon Dux & Pontifex Judæorum.

Ab An. 3860. Simon adhæqui proprerea Judais pleпат сопсеdie libertagem.

. I. C. 13. à v. 33.

CImon ut Judæam contra Tryphonis tyrannidem communiret, on non folum præsidia omnibus ad defensionem necessariis inretDemetrio, struxit; sed etiam ad profugum Demetrium Regem Legatos misir eum muneribus suam ei amicitiam offerens, simulque petens remissionem ab oneribus & tributis, quibus Tryphon Judzam de novo per vim & tyrannidem gravarat. Demetrius legationem hanc valde gratam habuit, scripsitque perhonorifice ad Simonem, se non solum remissionem onerum, quam postularet, Judæis indulgere, sed & illa omnia de novo firma rataque esse velle, quæjam olim constituerat, c. 11. v 34. atque ita hocanno centesimo septuagesimo Regni Gracorum, denique ablatum est jugum gentium ab Israël; factique sunt deinceps Judzi Regum Syriæ non subditi sed amici, & planè sui juris tanta universi populi lætitia, ut ab hoc temporis veluti epocha annos numerarent, scriberentque in privatis instrumentis & scripturis publicis: Anno primo sub Simone Summo Sacerdote, magno Duce & Prin-

inter hos motus à Tryphone excitatos Gazai ante tresfe-Amenè Gaza rè annos à Jonatha subacti jugum rursus excusserant. Eos ut ad officium Simon reduceret, urbi exercitum machinasque addaos immit. movit, brevique seditiosos cives adegit, ut cum uxoribus & filis tit. 1. 1. c. 13. Supra murum scissis tunicis suis clamarent voce magna postular tes à Simone dextras sibi dari. & flexus Simon eos non quidem delevir, ejecit tamen è civitate; & postquam eam ab omnibus Idolorum fordibus emundavit, veri DEI cultores cives introdue xit, in caque sibi ipsi domum construxit, in quam se subinde con-

ferrer.

recuperat.

cives gentiles

ejicit & Ju-

à v. 43.

Quod verò longè magis optatum, tandem etiam arx Sion Arcem Sionis sese dedidit, postquam præsidiarii à tribus ferè annis esurierum